PALLADII
DE
FEBRIBUS
CONCISA SYNOPSIS
GRÆCE ET LATINE


CUM NOTIS

JO. STEPH. BERNARD.

ACCEDUNT

GLOSSÆ CHEMICÆ
ET EXCERPTA EX

POETIS CHEMICIS
Ex Codice MS. Biblioth. D. MARCI.





LUGDUNI BATAVORUM,

APUD { PHILIPPUM BONK, *& TRAJECTI AD RHENUM,* NICOLAUM MUNTENDAM. } 1745.



VIRO

CELEBERRIMO AC EXPERIENTISSIMO

DANIELI WILHELMO TRILLERO,

PHIL. ET MED. DOCTORI ARCHIATRO NASSOVICO

S. D. P.

JO. STEPH. BERNARD.


Non e longinquo arceſſendæ cauſæ, VIR CELEBERRIME, quæ me impulerunt, ut novam Palladii editionem clariſſimo Tuo nomini inſcriberem: adeo quivis ſtatim agnoſcet, id TIBI omnino a me deberi. Teſtatum enim feciſti nuper admodum quanto

favore ac benevolentia me prosequaris, cum notas TUAS ædepol doctas ad Anonymi Introductionem Anatomicam mihi impertires, ut hac ratione ex nominis TUI celebritate major illi scriptori splendor accesserit, qui illis nunc gloriari ac sese efferre videtur. Meum idcirco arbitrabar, nullam prætermittere occasionem, qua TIBI vicissim observantiam meam ac cultum declarare possem. Nemo præterea ibit inficias, nisi qui in literaria re plane novus ac hospes fuerit, quin TIBI jure optimo nuncupetur, qui conatu laudabili & fausto successu Medicam artem cum literatura politiori sic conjunxisti, ut quodcunque temporis frequentes ægrotorum interpellationes reliquum fecerint, id omne protelandis imperitorum scribarum erroribus & augendis lite-

literarum thesauris impendas, adeo ut merito dubitari queat, qua in parte eruditos Tibi plurimum obstrinxeris. Quæ cum ita sint, confido fore, ut munusculum quod Tibi obfero, benigne sis accepturus: neque enim in Te cadit suspicio verendi ne alto supercilio id spernas aut crepera fronte excipias, cum benevolentiam Tuam ac animum erga me prolixum cognitum atque perspectum habeam. Accipe itaque hanc meæ in Te observantiæ tesseram, ac mihi, qui Te colere ac venerari non desinam, favere perge. Vale. Dabam Lugduni Batavorum Cal. Novembris MDCCXLIV.

ILLUSTRISSIMO AC SAPIENTISSIMO

VIRO

D. D. FRANCISCO VAUTIER

Olim Reg. Mariæ Mediceæ Arch. nunc Regi

LUDOVICO XIV.

A Sanctioribus consiliis

&

Archiatrorum in Gallia

COMITI

JOANNES CHARTIER

Medicus & Professor Regius

Ἀθανασίαν.



ebris, ut frequens morbus ita periculosus; nulla ætas, nulla regio, nulla corporis constitutio ab ea immunis, nihil tam fatale quam febris: hanc propterea malam Deam Galli veteres vocitabant, cui Romani,

mani tria templa, ne noceret, Romæ construxerunt: quare quo Medicus dicatur ſapientiſſimus, hunc ferventem ac ferocientem affectum recte dignoſcat, prævideat & depellat oportet. Talis Palladius, qui paucis oraculis & conciſis theorematibus ex ampliſſimo doctrinæ penu collectis de Febribus libellum conſcripſit ante hunc diem abditum, mole parvum, ſed doctrina magnum ac medicum, ſaluti publicæ perutilem, quem ſub tutelaribus auſpiciis tuis Illuſtriſſime Archiatrorum Comes, latinitate donatum edidimus. Neque enim tam præſentes alibi datur cognoſcere divos, apud quos ſecurius propugnaculum ſortiamur. Quemadmodum enim Trojanum Palladium cœlitus Trojam, ut regnum integrum tueretur, emiſſum eſt: ſic tu Vir Illuſtriſſime, cum cœli providentia, tum terræ prudentia, Regi Chriſtianiſſimo inter heroas Medicorum Princeps electus ac datus es; atque ut Troja præſente Palladio, in hoſtes nunquam lapſa eſt: ſic quamdiu Regis ſa-

nitati

nitati invigilaveris; tam diu ſalva & incolumis Majeſtatis Auguſtiſſimæ ſanitas efflorebit. At politici, judicio cæteris præcellentiores, Medicum ſanum, εὔσαρκον & incolumem, qualem deſcribit divus Hippocrates; continuo ægrotanti Medico, qualem Plato deſiderat, ſemper prætulerunt. Has & omnes quæ decent optimum, perfectum ac Regium Medicum dotes, cumulatiſſime ſolus poſſides, omniaque ſumma virtute duce, comite fortuna conſecutus es. A Planta, quam βάλλιδα Græci dicunt, nomen tuum deſumptum eſſe auguramur; qua non modo ſanitas ſervatur, verum etiam mortuis vita reſtituitur. Liceat ergo per te regium Palladium, Palladium meum nominis tui titulo decorari, tuaque fulciri authoritate. Diuque fœlix vivas. Dat. Lut. 3. Kal. Sextil. Ann. 1646.

L E C T O R I
B E N E V O L O
S. D.
JO. STEPH. BERNARD.

Palladius cujus de Febribus concisam synopsin hic Tibi damus, Medicam artem professus est in celebri illa urbe, in qua si quis se dixerat eruditum, id ei pro omni experimento sufficiebat, ad commendandam artis auctoritatem, ut inquit Ammianus Marcellinus libr. XXII. Evincit hoc Herm. Conringius de Hermet. Med. lib. I. c. IX. p. 86. *Palladium Alexandrinum Jatrosophistam artem ibi docuisse, certius est, idque vel ex titulo commentationis in sextum Epidemiorum, qui prodit collectam illam esse ex ore Palladii.* Dicitur autem *Jatrosophista* quo nomine illi insigniebantur, qui Medicinam publice docebant. Præcipue vero hunc titulum sibi arrogasse Alexandrinos Professores testatur Conringius loc. cit. *Id certum est*

illa Galeni tempestate in fama fuisse scholam Alexandrinam, inter ejus magistros florente Juliano, adversus quem pro Hippocrate superest defensio Galeni, qui totam illam scholam σοφιστικῆς *arguit Comment.* I. *in* VI. *Epidem. fortassis hinc captata occasione, quod Alexandrini illi artem medicam publico salario docerent, seque* Ἰατροσοφιστῶν, *hoc est Medicæ artis Professorum titulo jactarent.*

Quo tempore autem vixerit Palladius noster non constat inter eruditos. Santalbino, qui scholia ejus in Hippocratis librum de Fracturis edidit, eum post Galeni tempora vixisse verisimile videtur, quod ejus apud Galenum nulla sit mentio. Conringius in Introductione Cap. VI. V. p. 218. eum quinto seculo floruisse putat; Langius vero in Hist. Med. p. m. 15. sexto. Barchusen in Dissertationibus de Medicinæ origine & progr. Dissert. XVII. cap. X. p. 390. Palladii librum post Nonum recensuit, forte quod eum Nono ætate inferiorem esse arbitraretur. Sed hanc sententiam, utpote nullo fundamento suffultam, mitto. Eruditissimus Jo. Freind. in Hist. Medicinæ p. m. 149. Palladium arbitratur Aëtio & Alexandro juniorem esse; hoc

ar-

argumento inductus, quod eorum verbis utatur. Sed quamvis egregium atque speciosum primo intuitu hoc argumentum videatur, habeo tamen quod ipsi opponam. Nam quod scribit Vir Doctissimus caput XXVII. de Epiala ad verbum fere ex Aëtio descriptum esse, parum stabile aut certum videtur, cum totidem verbis eadem apud Galenum legantur, lib. II. de Differ. Febr. p. 332. Dubium proinde est, an ne potius illa ex Galeno hausisse putandus sit Palladius, cum plura se ex illo habere diserte fateatur. Quid autem mirum quædam iisdem verbis extare apud Palladium, quibus apud Aëtium, cum uterque ea ex Galeno desumserit. Si Palladium quædam tradere ostendisset Vir Doctissimus, de quibus nihil apud Galenum occurreret, sed quorum auctor esset Aëtius, herbam ipsi porrigerem. Quamvis autem id mihi non sumam, ut quo tempore floruerit Palladius, definire velim, veniam tamen, ut spero, impetrabo, quod dubium mihi subnatum proposuerim.

Scripsit Palladius noster scholia in librum Hippocratis de Fracturis, quæ Græce ac Latine edidit Jacobus San-

talbinus Medicus Metensis, & habentur in editione Fœsii Sect. VI. p. m. 917. Mutila seu imperfecta hæc scholia, sed deperditorum jacturam non esse insignem censet Jo. Freind. in Hist. Med. loc. cit.

Exstant deinde ejus breves interpretationes sexti libri de Morbis Popularibus Hippocratis. Prodierunt cum Medicis Antiquis Græcis a Junio Paulo Crasso Patavino Latio donatis Basileæ apud Petrum Pernam 1581. in 4. vid. Lindenius de Script. Medic. Latine tantum hunc commentarium prodiisse testatur Lindenius loc. cit. sed ubi Hippocratis & Galeni Opera ex editione Renati Charterii recenset, memorat Græce quoque hunc commentarium exstare in Tom. IX. quod etiam testatur Cel. Fabricius Biblioth. Gr. Tom. IX. p. 12. ego vero in duobus exemplaribus eum frustra quæsivi. Verum non Lindenius accusandus incuriæ, cum in indice editioni Charterii præfixo, itidem hic liber memoretur. Vapulat autem Palladius a Jo. Henr. Meibomio Comment. in Jusjur. Hippocr. cap. 22. p. 213. quod in hoc Commentario existimet Medico licere aliquando non mentiri solum, sed etiam pejerare.

Con-

Concisam vero de Febribus synopsin edidit Joannes Charterius, Medicus & Professor Regius Parisiis 1646. in 4. quam ejus editionem non immerito elegantem vocat Erud. Freind. Plures hujus libelli exstant Codices MSS. in Bibliotheca Vindebonensi, qui tamen omnes eum non Palladio, sed vel Stephano vel Theophilo tribuunt, conf. Fabricius Biblioth. Gr. Tom. XII. p. 654. sed illum egregie Palladio vindicat Cel. Freind. Hist. Med. p. 150. qui docet Palladium ipsum sibi esse testem locupletem, cum hunc suum librum laudet in Comment. ad Epidem. Hippocr. Sect. VI. 6.

Præterea narrat Conringius in Introductione Cap. VI. v. p. 218. Palladium de Urinis librum condidisse. *Similiter post Galenum diu neglecta fuit, donec quinto a nato Servatore seculo* Palladius Jatrosophista *Alexandrinus, solito magis eam excolere cœpit, scripto* de Urinis *singulari libro, quem Parisiis Federicus Morellus Latine a sese versum anno hujus seculi octavo edidit.* Sed qui hæc scribere potuerit Conringius, miror, cum Morellus in notis jam suspicatus fuerit Theophilum esse auctorem, & præterea notet Albanum Torinum jam ante hoc opusculum Theophi-

lo asseruisse. Lapsus itaque hic memoria Summus Conringius.

Præter hæc refert Santalbinus in Præfat. ad scholia in Hippocratem de Fracturis, se Venetiis a viris doctis intellexisse, exstare ibi Palladii nostri commentarium in librum Hippocratis de Morbis Acutis.

Liber Palladii de Febribus clarus ac brevis est, inquit Cl. Freind. loc. cit. & Charterius in Præfat. talem Palladium esse prædicat, *qui paucis oraculis* sive præceptis *& concisis theorematibus ex amplissimo doctrinæ penu collectis libellum hunc conscripserit, mole quidem parvum, sed doctrina magnum ac Medicum & saluti publicæ perutilem.* Gratiam itaque inibit apud omnes Palladius, tum apud τοὺς μὴ τῷ δοκεῖν, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἰατρικῆς ἐπιμελουμένους, quod breviter & luculenter doctrinam de febribus illis tradat; tum quoque apud illos, ὅσοι τὴν ἰατρικὴν τέχνην εἰς τοσοῦτον ὑβρίζουσι, ὡς ἑξ μηνῶν εἶναι νομίζειν μάθημα, quod pluribus supersedere queant, nec spissiora volumina pertractantes nausea commoveantur. Hæc de Palladio ejusque scriptis dicenda habui: indicabo jam quid in hac editione a me sit præstitum.

Cum viderem nostrum, ut omnes qui post Galenum inclaruerunt, ἀπὸ τοῦ Γαλη-

νικοῦ ἐκείνου νάματος μυρίας ὅσας παρατροπὰς εἰς αὐτὸν ἀποχετευσάμενον, operam mihi dandam existimavi, ut Galeni libros, quos de Febribus conscripsit, cum cura conferrem, ut hac ratione, aliis adjumentis destitutus, locis male adfectis subvenirem ac lucem affunderem. Profecto posteriores Medici in eo conspirasse videntur, ut Galeni scrinia strenue compilarent; unde illo tacente, καὶ αὐτοῖς γλῶσσα δέδεται, quod etiam observat Græcus libri Rhazis de pestilentia interpres in Prooemio. Contulissem quoque lubenter Aëtium, modo is ad manus fuisset, ex quo nostrum suos hortulos irrigasse censet Erud. Freind. Interim tamen annisus sum, ut librum a mendis repurgatum Tibi darem, ac ubi Galeni ope destituebar, ex ingenio auctori opitulari conatus sum. Studui etiam aliorum scriptorum locis parum sanis remedium adferre, quod tamen sic a me factum arbitrari velis, ut nihil nisi conjecturas proposuerim, in quibus errare facile est. Quapropter εἰ μή τι καιροῦ τυγχάνω μεθάρμοσον. Vale ac conatibus meis fave.

JO. CONR. BARCHUSEN

In Dissertationibus de Medicinæ origine & progressu.

Dissert. XVII. cap. X. p. 290.

PALLADIUS *etiam dogmata Galeni amplexus est. Scribit enim a quaternis humoribus, male constitutis, omnigenos morbos exoriri. Ex. gr. Bile flava in vasis redundante ac in universum corpus se diffundente, fieri icterum, opinatur. Ab eadem bile, putrefacta autem, vasis inhærente, febrem ardentem: sin vero eadem extra vasa fuerit, intermittentem febrem oriri. Sinceram itidem bilem in aliqua corporis parte redundantem, putat efficere herpetem: erosionem vero huic affectui fore adjunctam, credit, si modo dicta bilis fuerit putrida. Pari modo de reliquis humoribus, tanquam caussis plurimorum morborum, differit.*

ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ

ΠΕΡΙ

ΠΥΡΕΤΩΝ

ΣΥΝΤΟΜΟΣ ΣΥΝΟΨΙΣ.

PALLADII

DE

FEBRIBUS

CONCISA SYNOPSIS.

[1] ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ

ΠΕΡΙ

ΠΥΡΕΤΩΝ

ΣΥΝΤΟΜΟΣ ΣΥΝΟΨΙΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Σκόπον ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι, περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς σύντομον ἐκθέσθαι παράδοσιν, καὶ πρῶτον εἰπεῖν τὴν ὀσίαν τῶν πυρετῶν, καὶ τὰς διαφορὰς αὐτῶν, τάς τε ὀσιώδεις καὶ ἐπουσιώδεις, τάς τε γενικωτέρας καὶ εἰδικωτέρας· εἶτα τὰς αἰτίας αὐτῶν, καὶ τὰς σημειώσεις. 2 ἀλλά γε πρό γε τούτων εἴπωμεν τί ἐστι πυρετός.

Τί

1. ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ. De Auctore diximus in Præfatione.

2. Ἀλλά γε. Forte legendum ἀλλ' ἄγε, quamvis Nonus cap. cxxxv. eadem verba sic proferat, ἀλλὰ πρό γε τούτων εἴπω-

PALLADII DE FEBRIBUS CONCISA SYNOPSIS.

PRAEFATIO.

Propoſitum nobis eſt hoc in præſenti opere, de febrium differentiis conciſum tractatum exponere, ac primum eſſentiam febrium, earumque differentias cum eſſentiales & accidentales, tum & generales ac ſpeciales explicare, deinde earum cauſas & ſigna. Sed imprimis dicamus quid ſit febris.

εἴπωμεν τί ἐστι πυρετός. Eundem plane in modum peccatum apud Theophylactum Simoc. in Quæſt. Phyſic. cap. 14. pag. 17. Ἤσθην τῷ λόγῳ· ἀλλά γε δή μετάβηθι, ὁ λόγος ἐρεῖ. leg. ἀλλ' ἄγε δή, μετάβηθι, ὁ λόγος ἐρεῖ.

Τί ἐστι πυρετός.

ΚΕΦ. Α΄.

Πυρετὸς τοίνυν ἐστὶ [1] θερμασία παρὰ φύσιν ἀπὸ καρδίας ἀρχομένη, καὶ διὰ τῶν ἀρτηριῶν ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμα ἡπλωμένη, αἰσθητῶς βλάπτουσα τὴν ἐνέργειαν.

Τὶς

1. Θερμασία. Hæc Veterum eſt conſtans definitio. Alexander Trallianus lib. XII. c. I. Ὅτι μὲν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἡ οὐσία τοῦ πυρετοῦ καὶ ἡ ὕπαρξις καὶ ἡ φύσις, εἰ μὴ θερμασία τις παρὰ φύσιν τῆς καρδίας τε καὶ ἀρτηριῶν, τοῖς ὅροις τῶν ἰατρῶν ἀποδέδεικται, Γαληνῷ τε μάλιστα καὶ Ἱπποκράτει. Nonus cap. CXXXV. p. 157. πυρετός ἐστι παρὰ φύσιν ἐκ τῆς καρδίας ἐπὶ τὸ πᾶν σῶμα φερομένη θερμασία. conf. Aëtius lib. V. cap. 7. Actuarius lib. II. de Dignot. Morb. cap. I. Οὐδὲν ἕτερον ὁ πυρετὸς πεφυκὼς ἢ ἐπίδοσις θέρμης ἀλλοτρίας διά τινας περι-

Quid sit febris.

CAP. I.

Febris igitur est calor præter naturam, qui a corde obortus, ac per arterias in universum corpus diffusus actionem manifeste lædit.

Quæ-

ἡγησαμένας αἰτίας. Ita lego cum utroque Vetere & sic quoque edidit H. Stephanus in Diction. Medic. p.451. MS. L. B. legit προηγμένας. Theodorus Priscianus lib. 11. cap. 1. *Hæc est itaque sub omnium veterum auctoritate febrium diffinitio, quibus etiam nos adsensum libentissime commodamus. Est nobis calor ingenitus, qui cum se in altioribus præcordiorum locis repentina aliqua necessitate commoverit, & veluti advena tempestate loca vitalia naturaliter quieta turbaverit, vaporem acriorem & innaturalem procurat, & ex altitudine stomachi febrium serit originem.*

Τὶς ἡ ἐσία πυρε͂ϊτᾶ.

ΚΕΦ. Β'.

1 Η δὲ ἐσία τε͂ πυρε͂τε͂ ἐςὶν ἡ παρὰ φύσιν θερμότης· ἡ δὲ θερμότης ποιότης τίς ἐςι· πᾶσα δὲ ποιότης ἐπιδέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· τὸ δὲ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τε͂ εἴδες ἐξαλλαγὴν ἐ ποιεῖ.

Περὶ τῶν διαφορῶν τῶν πυρετῶν.

ΚΕΦ. Γ'.

Γράφει δὲ ὁ 2 Γαληνὸς ἐπὶ λέξεως ἔτως. Αἱ διαφοραὶ τῶν πυρετῶν, αἱ μὲν οἰκειόταταί τε καὶ κυριώταται κατὰ τὴν ἐσίαν αὐτῶν εἰσίν· αἱ δ' ἄλλαι κατά τι τῶν συμβεβηκότων. Καὶ λέγομεν, ὅτι τῶν πυρετῶν αἱ διαφοραὶ διτ-

1. Ἡ δ' ἐσία. Galenus lib. 1. de Differ. Febr. p. 321.
2. Γαληνὸς, lib. 1. de Diffe-

Quænam essentia febris.

CAP. II.

Est autem febris essentia calor præter naturam: calor autem est quædam qualitas: omnis vero qualitas suscipit intensionem & remissionem. Intensio autem & remissio, speciei immutationem non efficiunt.

De Febrium differentiis.

CAP. III.

Sic autem scribit ad verbum Galenus. Differentiæ febrium, aliæ sunt maxime propriæ ac principes secundum ipsarum essentiam; aliæ vero secundum aliquod accidentium. Dicimus vero differentias febrium esse duplices: alias prin-

Different. Febrium p. 320. ed. Bas.

διτ]αί· αἱ μὲν ὀσιώδεις, αἱ δὲ ἐπουσιώδεις· καὶ οὐσιώδεις καὶ οἰκειοτάτας καὶ κυριωτάτας καὶ πρώτας διαφορὰς καλεῖ ὁ Γαληνός, τὰς ἀπὸ τοῦ εἴδους τὰς παρὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τῆς παρὰ φύσιν θερμότητος. Καὶ 1 αὗται μὲν αἱ πρῶται διαφοραὶ εἰσάγουσιν ἡμᾶς πρὸς σημείωσιν τοῦ ὑποκειμένου σώματος, 2 δι' ὧν ὑπαγορεύεται ἡμῖν ἡ ποιότης τῆς ὑποκειμένης καὶ πλεοναζούσης ὕλης 3 δι' ἁφῆς τοῦ τῆς ἀρτηρίας σώματος· ἡ γὰρ θερμοτέρα ἐστιν, ἡ δακνώδης καὶ δριμυτέρα καὶ τὸ ἀνὰ πάλιν, ἐν οἷς αἱ οὐσιώδεις καὶ πρῶται διαφοραί. Ἐπουσιώδεις δὲ διαφορὰς πυρετῶν καλεῖ τὰς ὑπὲρ τῆς ὕλης, λέγω δὴ τὰς συμβεβηκυίας ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ, τοῦτ' ἔστιν ἐπὶ χυμοῖς τισίν. ἀλλ' ἐπειδὰν ἡ ποιότης τῶν πυρετῶν ἐν ὑποκειμένῳ θεωρεῖται, εἰκότως 4 δὲ καὶ δευ-

τέραν

1. Αὗται leg. αὗται. 2. Δι' ὧν. An rectum? dubito, certe non satis patet quorsum probe referri queant hæc verba. 3. Δι' ἁφῆς. Non satis

quidem essentiales, alias accidentales: essentiales autem maxime proprias ac principes & primas differentias vocitat Galenus, quæ a specie, hoc est, ab intensione & remissione caloris præter naturam desumuntur. Et hæ quidem primæ differentiæ nos deducunt in cognitionem corporis; quibus nobis innotescit qualitas subjectæ ac redundantis materiæ ex tactu corporis arteriæ. Vel enim calidior est aut acrior & mordax, vel e contrario; in quibus essentiales & primæ differentiæ sunt. Accidentales vero differentias febrium appellat, quæ sunt in materia, eas nimirum dico, quæ substantiæ accidunt, hoc est, quibusdam humoribus: sed quoniam qualitas febrium in subjecto percipitur, jure merito secundam differentiam posuit, quæ a

tis hæc cum antecedentibus cohærent, suspicor aliquid excidisse & forte legendum καὶ πλεοναζούσης ὕλης, ἤγουν δι' ἁφῆς κ. τ. λ. Sic noster cap. XI. ὁκόταν οἱ ἀτμοὶ ἤγουν ὁ ἀὴρ κρατηθῇ ἔνδον τοῦ σώματος.

4. Δὲ Leg. δή.

τέραν διαφορὰν τέθεικε τὴν ἀπὸ τῆς ὕλης· καὶ ἐπειδὰν διάφορός ἐστιν ἡ ὕλη ἡ ποιοῦσα καὶ κινοῦσα τοὺς πυρετοὺς, διάφορον γενήσεται καὶ τὸ εἶδος τῆς κινήσεως αὐτῶν. ἢ γὰρ θερμοτέρα ἐστὶ καὶ λεπτὴ καὶ εὐέξαπτος, [1] ὡς ἐπὶ τῆς πίσσης, καὶ ἐλαίου, καὶ ξηρῶν καὶ λεπτῶν ξύλων· ἢ ψυχροτέρα καὶ παχεῖα καὶ δυσέξαπτος, ὡς ἐπὶ τῶν ὑγροτέρων ξύλων καὶ τῆς λοιπῆς ὕλης ἁπάσης ὑποκειμένης τῷ πυρί· πρὸς γὰρ τὴν ποιότητα καὶ ποσότητα τῆς ὑποκειμένης καὶ πλεοναζούσης ὕλης γενήσονται καὶ οἱ πυρετοὶ, οἱ μὲν σφοδροὶ, οἱ δὲ ἀμυδροὶ, οἱ δὲ ὀξεῖς, οἱ δὲ χρόνιοι, ἐν οἷς αἱ οὐσιώδεις καὶ αἱ ἐπουσιώδεις διαφοραὶ τῶν πυρετῶν. Εἰπόντες τοίνυν τὰς οὐσιώδεις καὶ ἐπουσιώδεις διαφορὰς τῶν πυρετῶν, εἴπωμεν καὶ τὰ γένη τούτων.

Πό-

1. Ὡς ἐπὶ. Eadem comparatione utitur Alexander Trall. lib. XII. c. II. p. 685. & Alexander Aphrod. lib. I. Probl. 83. οὕτω γὰρ καὶ

a materie desumitur. Cum autem diversa sit materia, quæ efficit & movet febres, diversa quoque est species motus earum: vel enim hæc materia calidior est & tenuis & quæ facile accendi potest, ut in pice, oleo, & siccis tenuioribusque lignis: vel frigidior & crassa & quæ ægre accenditur, ut in humidioribus lignis & reliqua universa materia igni subjecta. etenim ratione qualitatis & quantitatis subjectæ & redundantis materiæ generabuntur febres; aliæ quidem vehementes, aliæ obscuræ, aliæ acutæ, aliæ diuturnæ; in quibus essentiales & accidentales differentiæ febrium constituuntur. Explicatis itaque essentialibus & accidentalibus febrium differentiis dicamus & earum genera.

Quot

τῶν ξύλων, τὰ μὲν θερμὰ καὶ ξηρότατα, καθάπερ δάφναι, δᾷδες, ἔλαιαι, μεγίστην ἐγείρουσι φλόγα καὶ τάχιον ἀποκαίονται· τὰ δὲ χλωρὰ καὶ ὑγρὰ, ταπεινὸν καὶ καπνῶδες πῦρ ἐξάπτουσι, καὶ βράδιον ἀποκαίονται.

Πόσα γένη τῶν πυρετῶν.

ΚΕΦ. Δ'.

Ἰστέον ὅτι τῶν πυρετῶν τρία εἰσὶ τὰ γένη, τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐπὶ ὑγροῖς γίνονται καὶ ἐξάπτονται, τὰ δὲ ἐπὶ στερεοῖς, τὰ δὲ ἐπὶ πνεύμασι, περὶ ὧν ὁ [1] Ἱπποκράτης λέγει ἴσχοντα, ἰσχόμενα, καὶ [2] ἐνορμῶντα· ἴσχοντα μὲν καλῶν τὰ στερεά· ἰσχόμενα δὲ τὰ ὑγρά· ἐνορμῶντα δὲ τὰ πνεύματα. Ὁ δὲ [3] Γαληνὸς ἀναφέρει ὅτι ἀναμέμικται ἔν τε ταῖς ἀρτηρίαις ἁπάσαις διὰ πολλῶν ὀπῶν ἅμα πνεύσαις ἡ ἀερώδης οὐσία τῷ αἵματι καὶ κατὰ τὴν καρδίαν οὐδὲν ἧττον, ὡς

1. Ἱπποκράτης. Lib. VI. de Morb. Popular. Sect. VIII. 27. p. 819. ed. Lindenii. p. 1199. Fœsii. τὰ ἴσχοντα· ἢ ὁρμῶντα· ἢ ἐνισχόμενα σώματα. sic hunc locum legi in omnibus exemplaribus notat Fœsius ad. h. l. sed ut Palladius noster eum laudat, sic etiam citatur a Galeno lib. I. de Diff. Febr. & lib. de rigore p. m. 366. Ac, ut verum fatear, istud σώματα ab alio mihi additum videtur.

2. Ἐ-

Quot sunt genera febrium.

CAPUT IV.

Sciendum est febrium tria esse genera, earum namque aliæ in humoribus generantur & accenduntur; aliæ in solidis partibus; aliæ in spiritibus; de quibus Hippocrates profert, *continentia, contenta & impetum facientia.* continentia quidem vocat partes solidas, contenta humores, impetum facientia spiritus. Galenus autem refert, quod immixta est in omnibus arteriis per multos meatus simul spirantibus, aërea quædam substantia una cum sanguine, quæ non

2. Ἐνορμῶντα. Sic spiritus vocasse Hippocratem docent veteres, sed Magno Boerhaavio de Methodo Discendi Artem Med. p. 244. videtur Hippocrates intellexisse impetum, quem facit mens, quum aliqua pars movetur, ignotos enim ei fuisse spiritus animales.

3. Γαληνός. lib. I. de Diff. Febr. p. 321. ed. Basil.

ὡς ἂν σύῤῥους ὑπάρχουσα πάσαις αὐταῖς. Ἄρχεται μὲν οὖν ἡ παρὰ φύσιν αὐτὴ θερμότης, ἥνπερ καὶ πυρετὸν ὀνομάζομεν, ἄλλοτε ἐξ ἄλλου τῶν εἰρημένων, καὶ εἰ μὲν οὐ φθάνῃ λυθῆναι, τῷ χρόνῳ ἐπινέμεται καὶ συνδιατίθησι τῷ πεπονθότι τὰ λοιπὰ δύο γένη. 1 συνεκθερμαίνεται γὰρ ἀεὶ τῷ 2 πεπονθότι θερμανθέντι τὸ συνεχές, ἄχρις ἂν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἡ διάθεσις ἀφίκηται καὶ λυμαίνῃ αὐτῆς τὸ ἔμφυτον θερμόν· 3 καὶ ῥάστη μὲν ἡ ἐκ τῶν ὑγρῶν εἰς τὸ πνεῦμα μετάληψις τῆς θερμότητος, ἧττον δ' ἑτοίμως τῷ πνεύματι συνεκπυροῦται τὰ ὑγρά, καὶ μέν γε καὶ τὸ στερεὸν σῶμα τοῖς ὑγροῖς τε καὶ ἀερώδεσιν ἑτοιμότερον μεταδίδωσι τῆς θερμασίας, ἢ αὐτὸ παρ' ἐκείνων λαμβάνει· πᾶσα μὲν γὰρ ἡ λεπτομερὴς οὐσία ῥᾷον ἀναλλοιοῦται τῆς παχυμεροῦς, καὶ λεπτομερεστάτη μὲν ἡ τοῦ ἀέρος οὐσία, παχυμερεστάτη

δὲ

1. Συνεκθερμαίνεται. Febr. p. 323. Galenus lib. 1. de Diff. 2. Πεπονθότι. Hoc ver-

non minus ac confluxus a corde ipsis communicatur. Hic ergo calor præter naturam quem & febrem appellamus, interdum ex eorum aliquo, quæ commemorata sunt incipit; qui si solvi non possit, tempore depascitur, hoc est, *quasi serpit*, ac parti affectæ reliqua duo genera conjungit: concalesit enim semper cum parte affecta & calefacta continuum, donec ad cor affectus pervenerit & ejus calidum innatum læserit; facillime siquidem calor ex humoribus ad spiritum transmeat; atque minus promte humores quam spiritus inflammantur; atque etiam pars solida promtius tribuit calorem humoribus aëriæque substantiæ, quam ipsa ab illis recipiat. omnis etenim substantia tenuis facilius quam crassa alteratur; atque tenuissima est spiritus aut aëris substantia, crassissima vero partium solidarum substan-

verbum Galeni exemplaria ignorant.

3. Καὶ ῥάςη μὲν. Galenus loc. cit. pag. 321.

1. Συ-

δὲ ἡ τῶν στερεῶν σωμάτων, μεταξὺ δ' ἀμφοῖν ἡ τῶν ὑγρῶν· καὶ πρῶτον μὲν τὰ πνεύματα ἑτοιμότερον μεταλαμβάνουσι τῆς θερμότητος, δεύτερον δὲ τὰ ὑγρὰ, καὶ εἰς ὕστερον τὰ στερεά· 1 συνεκθερμαίνεται τὰ ὑγρὰ ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ τῷ τῆς ἀρτηρίας ἀέρι τὸ αἷμα, καὶ τῷ αἵματι ὁ ἀὴρ, καὶ οὕτω πυρούμενα πάσχουσι καὶ ποιοῦσι πρὸς ἄλληλα 2 τὴν ἐπιτηδειότητα τοῦ ποιοῦντος καὶ τοῦ πάσχοντος· 3 οὐδὲν γὰρ τῶν αἰτίων ἄνευ τῆς τοῦ πάσχοντος ἐπιτηδειότητος ἐνεργεῖν πέφυκε.

O-

1. Συνεκθερμαίνεται. Videtur excidisse post hoc verbum particula γὰρ aut γοῦν. Haud raro librarii parum curiosi particulas, præpositiones, conjunctiones & similia omiserunt. Factum hoc mihi videtur in Aristæneto lib. II. Epist. x. 234. ὡς ἀτυχὴς, οὐ γέγονα τὴν γραφικὴν ἀφυής. udicent Docti, nonne scribendum ὡς ἀτυχὴς, ὅτι οὐ γ. τ. γ. α. Rhazes de Pestilentia c. IV. p. 248. ἡ δὲ σταφυλὴ ἐμπίπλησι τὸ αἷμα τοῦ πνεύματος, καὶ εἰς ὄγκον αἴρει ἕτοιμον· καὶ ἐπιτήδειον τοῦτο ἀπεργάζεται πρὸς ζέσιν, καὶ πρὸς πομφολυγισμόν. Verba καὶ εἰς ὄγκον αἴρει ἕτοιμον vertit Georg. Valla, *& in tumorem elevat expeditum.*

uti-

ſtantia, humores medio genere ambigunt; ac primo quidem ſpiritus celerius calorem recipiunt; ſecundo humores; ac demum ſolidæ partes. concaleſiunt etenim una humores in corde, & cum arteriarum aëre ſanguis, & cum ſanguine aër; atque ſic incenſa patiuntur & agunt adinvicem pro opportunitate agentis & patientis; ſiquidem nulla cauſa ſine patientis opportunitate agere poteſt,

Quæ

utinam nos docuiſſet, qualis eſſet hic tumor, interim lego καὶ εἰς ὄγκον αἴρει, ἑτοιμόν τε καὶ ἐπιτήδειον τοῦτο (αἷμα) ἀπεργάζεται κ. τ. λ.

2. Τὴν ἐπιτηδειότητα. Non adparet unde quartus hic caſus pendeat, poſtliminio itaque revocanda videtur præpoſitio ὑπὸ, & hoc etiam olfeciſſe videtur Charterius. Contra ὑπὸ ejiciendum cenſet Petavius apud Themiſtium Or. XII. p. 145. ed H. Steph. καὶ τοῦτο οὐ χρημάτων ἀφαίρεσις, οὐ σκόλοπες, οὐ πῦρ ὑπὸ τὸ νέμον πώποτε ἐβιάσαντο. malim legere οὐ πῦρ κάρφα τὸ νέμον π. ἐ. ſic ſenſus inde emergit bonus.

3. Οὐδὲν γὰρ. Galeni ſunt verba ex lib. 1. de Diff. Febr. p. 323. Alexander Aphrod. lib. 1. Probl. 88. Ὅτι δὲ ἡ ἐπιτηδειότης ἐφέλκεται τὸ δρᾶν αἴτιον ἐνεργεῖν, δηλοῦσιν αἱ ἐκτὸς ὗλαι.

Ὁποῖα συμβαίνει πλεονάζοντος τοῦ αἵματος.

ΚΕΦ. Ε΄.

Σκεπτέον οὖν ἐπὶ πάντων τούτων τὴν ὑποκειμένην καὶ πλεονεκτοῦσαν ὕλην, 1 ἢ θερμή ἐστι καὶ λεπτὴ, ἢ ψυχρὰ καὶ

1. Ἢ θερμὴ. Leg. εἰ θερμὴ, & mox pro καὶ ἡ στενωμένη leg. καὶ εἰ. & rursus pro καὶ ἡ ἐκτὸς scrib. καὶ εἰ ἐκτὸς & pro καὶ ἡ ἐν leg. καὶ εἰ ἐν. Adparet quam sæpe ἡ & ει permutentur, haud dubie ex non satis distincta pronunciatione aut affinitate soni, quo ex fonte graves aliquando propullulant errores. Aretæus Cappadox lib. II. de Caus. & Sign. Morb. Diuturn. cap. VI. p. 56. ὁ δὲ πόνος οὐ λιμοῦ ἐν τῷ στόματι, λεῖπναι ἄλγος, καὶ ἐπιπιεῖν μέζων ὀδύνη. explicare quidem hæc nititur Doct. Petitus, sed persuasum habeo legendum ὁ δὲ πόνος οὐ λαιμοῦ, non λιμοῦ. Aliquando propter affinitatem literarum verbum loco motum fuit. Florus lib. I. cap. I. *Sic repertos apud arborem, regis pastor tulit in casam atque educavit.* Ubi ex Jornande corrigunt Viri Docti, *regii gregis pastor*, applaudente Celeb. Dukero. Nempe interciderat illud *regii* propter sequens *gregis*. Idem mihi videtur factum

Quænam accidunt ſanguine redundante.

CAP. V.

Conſiderandum eſt igitur his in omnibus, ſubjecta redundansque materia, an calida ſit & tenuis, vel frigi-

da-

ctum apud Themiſtium Orat. XI. pag. 131. ed. H. Steph. καὶ τρέφει σε οὐκ ἐν θαλάμοις κατακοιμίζων, οὐδὲ δημῷ προβάτων καὶ μυελῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἱερῷ καὶ τοῖς χειμῶσι τοῖς σκυθικοῖς κ. τ. λ. ſic legitur hic locus in editione H. Stephani & Petavii. Harduinus edidit καὶ μυελῷ, recte quidem, ſed lectorem non admonet aliter legi in aliis editionibus. Sed nondum omnino ſanus mihi videtur hic locus. Suſpicor poſt μυελῷ excidiſſe λεόντων, quod ſi per compendium fuit ſcriptum, facile librarii hanc vocem omittere & μυελῶν nobis dare potuerunt. Accedit ad conjecturam hanc fulciendam, quod in illa oratione Themiſtius Valentinianum laudet & quæ de Achille memorantur, ad illum transferat. Conſtat autem Achillem leonum medulla nutritum eſſe. Rhetor, quisquis ille ſit, in Comparat. Ajac. & Achill. p. 84. ed. H. Steph. καινόν τις ἡγεῖται τραφῆναι μυελοῖς λεόντων τὸν Ἀχιλλέα· πρὸς τοῦτον ἐρῶ νομιμώτερον τροφὴν τὴν Αἴαντος.

καὶ παχεῖα, καὶ ἡ σεσημμένη ἡ ἀσαπής· καὶ ἡ ἐκτὸς τῶν ἀγγείων ἐστὶν ἡ ἐντός· καὶ ἡ ἐν ἑνὶ μορίῳ πλεονάζει, ἢ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι· καὶ εἰ μὲν ἐστὶ θερμὴ καὶ λεπτὴ καὶ σεσηπυῖα, ποιεῖ τοὺς ὀξεῖς πυρετούς· εἰ δὲ ψυχρὰ καὶ παχεῖα, ποιεῖ τοὺς χρονίους· εἰ δὲ πάντη ἐστὶν ἀσαπὴς ἡ ὕλη, πυρετὸν μὲν οὐδ' ὅλως ἐξάψει, ἕτερον δὲ εἶδος ποιήσει νοσήματος. Καὶ γυμνάσωμεν τὸν λόγον ἐπὶ τῶν χυμῶν, καὶ πρῶτον μὲν ἐπὶ τοῦ αἵματος· ὁπηνίκα γὰρ πλεονάζῃ καὶ [1] παρασπείρῃ ἐν τοῖς ἀγγείοις ἢ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι καὶ ἔστιν ἀσαπές, ποιήσει πληθώραν, [2] ἢ σύνοχον τὸν ἐπὶ σήψει· εἰ

1. Παρασπείρῃ. Si hoc verbum servare velis legend. παρεσπαρέν. sic infra Noster. c. 17. ex Galeno, ἢ δαπανῶν τὴν ἐν ἑκάστῳ μορίῳ παρεσπαρμένην ὑγρότητα σύμφυτον. Sed forte legendum, παρασπαίρῃ. Pronunciationis affinitas huic loco corrumpendo ansam dedit., similiter erratum apud Philostratum in Vita Apollonii lib. v. c. 13. ἀλλ' οἱ μὲν ἐπ' αὐτῆς τῆς Ῥώμης, οἱ δὲ περὶ τὰ ὅμορα τῇ Ῥώμῃ συνηθέντες, ἀπολοῦνται. Interpretem non mo-

da & denſa, vel putrida aut imputris; & an ſit extra vel intra vaſa, an vero in una parte, aut in univerſo corpore redundet; atque ſane ſi ſit calida & tenuis ac putrida, febres acutas excitat: ſi vero frigida & craſſa, diuturnas efficit: ſi autem omnino ſit imputris materia, febrem quidem non omnino accendet, ſed aliam ſpeciem morbi generabit. Orationem autem inſtituamus de humoribus ac primum de ſanguine; cum enim exuberat in vaſis vel in univerſo corpore turgeſcit & eſt imputris, plethoram efficiet vel febrem continentem pu-

moror, ſcribendum ἀηθέντες, non δυνηθέντες. Alciphron lib. III. ep. XXV. ἐγὼ ᾗ οἰκουρῶ μόνη, μετὰ Συέρας ἀγαπητῶς τὰ παιδία βουκολοῦσα legend. βαυκαλοῦσα. quem eundem errorem etiam apud Maximum Tyr. occurrentem, feliciter ſuſtulit Celeb. Valckenaerius, in multa eruditione refertis Animadv. ad Ammonium lib. I. c. XI. p. 46.

2. Ἢ σύνοχον. An ſanguis imputris hoc facit? id nemo veterum tradit, nec voluit Palladius: mutilus hic locus, quem ſic reſtituo. εἰ δέ γε σαπῇ, ποιήσει σύνοχον τὸν ἐπὶ σήψει. quam emendationem ſequentia firmant. conf. c. XV.

εἰ δὲ καὶ ἐν ἑνὶ μορίῳ πλεονάζῃ καὶ ἔστιν ἀσαπὲς, ποιήσει τὰ ἐρυθρήματα μετὰ ὄγκου· εἰ δέ γε σαπῇ, ποιήσει [1] ἀπόστημα.

Ὁποῖα συμβαίνει πλεοναζούσης χολῆς.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς χολῆς, εἰ μὲν πλεονάζῃ ἐν τοῖς ἀγγείοις καὶ ἀναχυθῇ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι καὶ ἔστιν ἀσαπὴς, ποιήσει ἴκτερον· εἰ δέ γε σαπῇ, εἰ μὲν ἐν τοῖς ἀγγείοις, ποιήσει καῦσον πυρετόν· εἰ δὲ ἔξω τῶν ἀγγείων, ποιήσει τὸν διαλείποντα τριταῖον· εἰ δὲ ἐν ἑνὶ μορίῳ πλεονάζῃ καὶ ἔστιν ἀσαπὴς, ποιήσει τὸν λεγόμενον [2] ἕρπητα· εἰ

1. Ἀπόστημα. Emenda Gloſſas Iatricas MSS. ἀπόσεμμα, τὸ ἀθροιζόμενον ἐξ ὑγροῦ τοῦ τεταγμένου ἀποσυναγόμενον. leg. ἀπόστημα, τὸ ἀθροιζόμενον. κ. τ. λ.

2. Ἕρπητα. Duplicis herpetis mentionem tantum facit auctor no-

putridam: si vero in una parte accumuletur & sit imputris, rubores cum tumore parturiet: si autem putrescat, abscessum procreabit.

Quæ redundantem bilem consequuntur.

CAP. VI.

Similiter de flava bile dicendum; si enim redundet in vasis ac in universum corpus diffundatur & sit imputris, icterum efficiet: si vero putrescat ac sit in vasis, ardentem febrem excitabit; si vero extra vasa, intermittentem tertianam invehet: si vero in una parte redundet & sit imputris, herpetem di-

ctum

noster, cum aliis triplex memoretur, nempe Ἕρπης, Ἕρπης ἐσθιόμενος, & Ἕρπης κεγχρείας. Nonus cap. CCXLIIII. pag. 277. Χολῆς ξανθῆς καὶ ἀμιγοῦς ἑτέρου χυμοῦ ἀποκριθείσης (excidisse videtur καὶ) κατά τι μόριον ἰσαμβώης, τὸ πάθος ἕρπης ὀνομάζεται. εἰ μὲν

εἰ δὲ πάλιν σαπῇ, ποιήσει ἕρπητα μετ' ἀναβρώσεως.

Ὁποῖα συμβαίνει πλεονάζοντος τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ ζητητέον. εἰ μὲν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι πλεονάζῃ, καὶ ἔστιν ἀσαπὴς, ποιήσει τὸν μέλανα ἴκτερον· εἰ δὲ πλεονάσας σαπῇ καὶ ἔστιν ἔξω τῶν ἀγγείων, ποιήσει τὸν τεταρταῖον· εἰ δὲ ἐν ἑνὶ μορίῳ πλεονάζῃ καὶ ἔστιν ἀσαπὴς, ποιήσει σκίῤῥους· εἰ δέ γε σαπῇ,

μὲν παχεῖα τὴν σύστασιν εἴη, καὶ δριμεῖα, μέχρι βάθους ἑλκοῖ τῆς σαρκὸς τὸ δέρμα, καὶ καλεῖται ἕρπης ἐσθιόμενος, εἰ δὲ λεπτὴ, καὶ ἧττον δριμεῖα καὶ θερμὴ, φλυκταίνας μικρὰς ἐξ ἐπιπολῆς τοῦ δέρματος ἐγείρει, καὶ καλεῖται κεγχρίας. Quæ Nonus habet ex Pauli Aegin. lib. IV. cap. 20. Iisdem ferme verbis hæc legas apud Actuarium lib. II. de Dignot. Morb. c. 31. & apud Galenum de Arte

ctum producet: si vero putrescat, herpetem cum erosione generabit.

Quæcunque melancholico succo exuberante oboriantur.

CAP. VII.

Eodem modo & de melancholico humore quærendum est; si enim in universo corpore abundet ac sit imputris, nigrum icterum efficiet: si vero exuberans putrescat, & sit extra vasa, quartanam concitabit: si vero in una parte redundet & sit imputris, scirrhum gene-

Arte Cur. ad Glauconem lib II. c. I. *Zona* dicitur Latinis. Scribonius Largus de Compos. Medic. c. CCXLVII. p. m. 170. *Ad Zonam, quam Græci ἕρπητα dicunt, faciunt quidem ut supradicta omnia, præcipue cicuta viridis bene trita & imposita.* Plura vide apud Fœsium in Oecon. Hipp. Gorræum in Definit. Medic. & Keuchenium ad Samonicum p. 246. & seqq.

πῇ, ποιήσει [1] καρκινώματα, ἢ φαγεδαινώματα, ἢ γαγγραινώματα. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ.

Ὅσαι διαφοραὶ τοῦ φλέγματος, καὶ τούτου πλεονάζοντος, τί συμβαίνει γίνεσθαι.

ΚΕΦ. Η'.

Ἐπὶ οὖν τοῦ φλέγματος τέσσαρές εἰσι διαφοραί· ἔστι γὰρ τὸ [2] ὑαλῶδες, τὸ ὀξῶδες, τὸ ἁλυκὸν, καὶ τὸ γλυκύ. Καὶ τὸ μὲν ὑαλῶδες καὶ ὀξῶδες ποιεῖ τὰ ἀνεκθέρμαντα ῥίγη, καὶ τοὺς ἠπιά-

λους

1. Καρκινώματα. Auctor Definit Medic. qui vulgo Galenus esse creditur, sed quem Herodotum vocat Amatus Lusitanus Curat. Medicinal. Cent. VII. Cur X p. 19. Καρκίνωμα ἐστὶ ὄγκος κακοήθης καὶ περίσκληρος, ἀνέλκωτος ἢ ἡλκωμένος· εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ ζώου καρκίνου. conf. Paulus Aegin. lib. IV. cap. 45. & Celsus lib. V cap 28.

2. Ὑαλῶδες. Nomina hæc a Praxagora originem suam ducunt. Rufus Ephesius lib. I. p. 44. ed. Lond. Πραξαγό-

nerabit: si vero putrescat, carcinomata, phagedænas, gangrænas. atque hæc de melancholico humore.

Quæ differentiæ pituitæ, & quid ea exuberante contingit oboriri.

CAP. VIII.

Pituitæ denique quatuor sunt differentiæ; est enim vitrea, acida, salsa, & dulcis. Ac vitrea quidem & acida rigores caloris expertes & febres epialas producunt; salsa vero cum putrescit,

ξαγόρας δὲ ἴδιον τρόπον τοὺς χυμοὺς ὠνόμασε, γλυκὺν καὶ ἰσόκρατον. καὶ ὑαλοειδῆ· τούτους μὲν κατὰ τὴν ἰδέαν τοῦ φλέγματος· ἄλλους δὲ ὀξὺν καὶ νιτρώδη, καὶ ἁλυκὸν καὶ πικρόν· τούτους. δὲ ὡς γευσαμένῳ φαίνεται· ἄλλους δὲ, πρασοειδῆ μὲν τῇ χρόᾳ, λεκιθώδη δὲ καὶ τῇ παχύτητι· ἄλλους δὲ, ξυστικὸν μὲν, ὅτι ξύεσθαι παρασκευάζει· στάσιμον δὲ, ὅτι ἐν ταῖς φλεψὶν ἐνέστηκε, καὶ οὐ διαδίδωσιν εἰς τὴν σάρκα, διὰ τὸ λεπτοὺς καὶ φλεβώδεις εἶναι τοὺς στασίμους χυμούς. conf. not. ad. cap. XXVII.

λους πυρετούς. Τὸ δ᾽ ἀλυκὸν, ὅταν μὲν σαπῇ, ποιεῖ [1] τὸν ἀμφημερινόν· [2] τὸ δὲ γλυκὺ φλέγμα, ὡς κατὰ φύσιν ὑπάρχον, οὐδὲν τούτων ποιήσει. Ἰστέον δ᾽ ὅτι ἅπαντες οἱ προειρημένοι χυμοὶ, εἰ μὴ σαπῶσιν, εἶδος πυρετοῦ οὐ ποιοῦσι.

Διὰ πόσας αἰτίας ἀνάπτονται οἱ πυρετοί.

ΚΕΦ. Θ΄.

Ἀνάπτονται δὲ οἱ πυρετοὶ διὰ πέντε αἰτίας· ἢ διὰ πρόσθεσιν ἐπιτηδείας ὕλης, ἢ διὰ κίνησιν, ἢ διὰ στέγνωσιν, ἢ διὰ σῆψιν, ἢ διὰ προσομιλίαν ἑτέρου θερμοῦ.

Καὶ

1. Τὸν. Ita edidi, in Charterii editione male legitur τὸ, subintelligitur autem πυρετὸν. Contrario modo peccatum apud Rufum Ephes. lib. 1. p. 44. Τὸν δὲ ὅλον χυμὸν ὁ Πραξαγόρας πᾶν τὸ ὑγρὸν καλεῖ. leg. τὸ δὲ ὅλον.

2. Τὸ δὲ γλυκύ. Similiter sanguinem sanum,

trefcit, quotidianam facit; dulcis autem pituita, ut quæ fecundum naturam exiftit, nihil eorum molitur. Notandum porro omnes prædictos humores, nifi putrefcant, nullam febris fpeciem procreare.

Quibus ex caufis Febres accenduntur.

CAP. IX.

Febres accenduntur ob quinque caufas; vel propter idoneæ materiæ appofitionem; vel propter motum; vel propter conftipationem; vel propter putredinem; vel propter viciniam alieni caloris.

Pro-

num, adeoque illum qui eft κατὰ φύσιν, dulcem effe putat Ariftoteles lib. IV. de Part. Animal. cap. 2. quocum facit Anonymus in Introd. c. 20. p. 38. καὶ τὸ αἷμα γλυκὺ τὸ ὑγιαῖνον.

1. Προ-

Καὶ διὰ μὲν πρόσθεσιν ἐπιτηδείας ὕλης, ὡς ὅταν [1] προσενεχθῇ ἀνθρώπῳ θερμὴν ἔχοντι τὴν κρᾶσιν, οἷον πέπερι, νάπι, σκόροδον, [2] καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· καὶ ἀναδιδομένη ἡ τούτων ποιότης ἐς τὴν καρδίαν ἐκπυρώσει τὸ ἐν αὐτῇ ἐνεὸν ἔμφυτον θερμὸν καὶ ἐξάψει πυρετόν.

Διὰ δὲ κίνησιν διχῶς· ἢ γὰρ [3] ψυχικὴν ἢ σωματικήν· καὶ ψυχικὴν μὲν, ὡς ἐπὶ θυμῷ καὶ φροντίδι· σωματικὴν δὲ, ὡς ἐπὶ ἀμέτρῳ κόπῳ.

Διὰ [4] στέγνωσιν διχῶς· ἢ διὰ γλισχρό-

1. Προσενεχθῇ Interpres in versione addidit *aliquid calidum*, quæ verba a textu absunt

2. Καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Sic ab Alpino caseo in febrem incidit Imperator Antoninus Pius. Jul. Capitolinus in vita ejus p. m. 31. *Quum Alpinum caseum in coena edisset avidius, nocte rejectavit, atque alia die febre commotus est.*

3. Ψυχικὴν. Sic a terrore in febrem ephemeram incidit Antonius Benivenius, ut ipse refert de Abdit. Morb. Causis cap. LXII. p. m. 264.

4. Στέ-

Propter appositionem idoneæ materiæ, veluti cum oblatum est homini calidum temperamentum habenti aliquid calidum, ut piper, sinapi, allium & similia; diffusa etenim eorum qualitas ad cor usque, insitum ejus calorem nativum inflammabit & febrem accendet.

Propter motum, duobus modis: vel propter motum animæ, vel corporis; animæ quidem, ut in ira, & cura: corporis vero, ut in immoderata lassitudine.

Propter stipationem, bifariam, vel pro-

4. Στέγνωσιν. Στέγνωσις vocatur συνίζησις τοῦ σώματος εἰς ἑαυτὸ πανταχόθεν, καὶ αὐτῶν τῶν πόρων ἔμφραξις. Galenus lib. de Differ. Morb. p. 200. & lib. 3. de Sanit. tuenda. c. 10. Ἐστὶ δὲ ἡ στέγνωσις ἡ βλάβη τῶν πόρων, ἐφ' ᾗ κωλύεται διαφορεῖσθαι τὰ περιττώματα· γίνεται δὲ αὕτη δι' ἔμφραξιν ἢ πύκνωσιν, ἣν δὴ καὶ μύσιν ὀνομάζουσι τῶν πόρων. conf. omnino Fœsius in Oeconom. Hippocr. qui egregia de hac voce notat, unde nihil addo, etenim τί ἂν τις διαδήλως εἰρημένων αὖθις ἄπλοιτο; Ceterum verba διὰ στέγνωσιν vertit

σχερότητα καὶ παχύτητα τῶν χυμῶν, ἢ [1] διὰ ψύξιν τȢ περιέχοντ͡ος καὶ ξηρότητα, ὡς [2] ὅταν ἐμφραχθῶσι καὶ πυκνωθῶσιν οἱ ἄδηλοι πόροι τȢ σώματ͡ος, καὶ 3 γίνεται ἀδιαπνευςία τȢ βάθȢς καὶ ἐξαφθῇ ὁ πυρετός.

Διὰ σῆψιν δὲ, ὡς ὅταν ἡ ὑποκειμένη καὶ πλεονεκτȢσα ὕλη σαπῇ ἐν τῷ βάθει καὶ διαδοθῇ τῇ καρδίᾳ καὶ ἀνάψη πυρετόν.

4 Διὰ δὲ προσομιλίαν ἑτέρȢ θερμȢ, ὡς ὅταν ἐν ἡλίῳ θερμανθῇ ἡ κεφαλὴ ὑπὲρ πολλὰ, καὶ 5 τὸ δικτυοειδὲς πλέγ-

μα,

tit Charterius *Propter ſtipationem*, quod paulo ante vertit *propter conſtipationem*, unde & hic ſic correxit Vir Doctus, in exemplari Bibliothecæ Leidenſis.

1. Διὰ ψύξιν. Cum maxime cum aër modo calores alternans, modo frigora, vaporatum corpus inficit, ut inquit Sidonius Apollin. lib. I. Ep. v.

2. Ὅταν ἐμφραχθῶσι. Evenit hoc Alexandro M. cum ſudoribus diffluens ac æſtuans, in Cydnum amnem ſe conjiceret. vid. Curtius lib. III. c. 5. Arrianus de exped. Alex. lib. II. c. 4. p. 66. σπασμῷ τε ἔν ἔχεσθαι Ἀλέξανδρον καὶ θέρμαις ἰσχυραῖς καὶ ἀγρυπνίᾳ ξυνεχεῖ.

3. Γί-

propter lentorem & crassitiem humorum, vel propter ambientis frigus & siccitatem, ut cum obstruuntur ac densantur obscuri meatus corporis, unde fit suppressio perspirationis in intimis & febris accenditur.

Propter putredinem, ut cum subjecta & exuperans materia putrescit in alto, & ad cor diffusa est ac febrem suscitat.

Ac propter viciniam caloris alieni, ut cum in sole plurimum, caput incaluit & retiformis plexus ac per arterias

3. Γίνεται Leg. γίνηται.

4. Διὰ δὲ προσομιλίαν. Huc referri potest, quod de pisce traditur, qui in Athota flumine Insulæ Zeilam reperitur, quem si quis manu teneat, statim febre corripitur, a qua tamen liberatur, simul ac illum manibus elabi sinat, ut refert ex Cardano & Scaligero Anton le Grand Compend. Rerum memor. & jucund. pag. 131. & seq.

4. Τὸ δικτυοειδές. Elegantem ejus descriptionem vide apud Galenum lib. IV. de Usu Part. & Oribasium in Anatom. p. 20. & seqq. Theophilus Protospatharius lib. IV. c. 4. p. 860.

μα, καὶ διὰ τῶν ἀρτηριῶν μεταδοθῇ τῇ καρδίᾳ καὶ ἐξάψῃ τὸν πυρετόν.

Περὶ σημείων εἰσβολῆς πυρετοῦ.

ΚΕΦ. Ι′.

[1] Σημεῖα δὲ εἰσβολῆς πυρετοῦ ταῦτα· ἡ ἐκ τοῦ βάθους [2] ἀναδιδομένης θερμασίας χάσμη, σκορδινισμός,

860. ed. Fabricii περιέχουσα δὲ ἡ λεπτὴ μήνιγξ, οὐ μόνον τὸν ἐγκέφαλον, ἀλλὰ καὶ τὸ χοροειδὲς πλέγμα, ὅπερ καὶ δικτυοειδὲς ὀνομάζεται, διὰ τοῦτο ἐκλήθη χοροειδής. Sic hæc verba legenda, & cap. 7 τοῦτο τὸ δίκτυον ὀνομάζεται δικτυοειδὲς πλέγμα καὶ χοροειδές· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ λεπτὴ μήνιγξ τῆς αὐτῆς προσωνυμίας τετύχηκεν. Piam matrem Herophilum ſic vocaſſe, teſtis eſt Rufus Epheſius lib. 1. p. 36. Ἡρόφιλος δὲ καὶ μήνιγγα χοροειδῆ καλεῖ. conf. de hoc plexu retiformi, qui & rete mirabile nonnullis audit Gorræus de Def. Medic. Joanni Langio Viro Doctiſſimo, lib. II. Epiſt. Medic. Ep. VII. p 526, paraſtatæ non inepte δικτυοειδὲς πλέγμα dici poſſe videntur.

1. Σημεῖα. Σήματα quoque dixit Theophilus de Urin. in Proœm. p. 66. καὶ διαγνωστικὰ σήματα τὰ ἐξ αὐτῶν γινόμενα, ἢ μέλλοντα γίνεσθαι

πελλὰ

calor cordi communicatur ac febrem accendit.

De ſignis inſultus Febris.

CAPUT X.

Signa invaſionis febris hæc ſunt; quum ab alto calor effuſus eſt, oſcitatio, pandiculatio, nauſea, vomitus, ad

πολλὰ παραλιπὼν, ἀτελῆ καὶ αὐτὸς τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο. ubi tamen MS. L. B. legit καὶ τὰ διαγνωστικὰ σημεῖα. & pro ἐποιήσατο idem habet κατέλιπε. Cæterum σημεῖα εἰσβολῆς vertas *ſigna impetus*. ſic tertianæ impetum dixit Petronius cap. 17. *Ipſa quidem illa nocte vexata, tam periculoſo inhorrui frigore, ut* tertianæ *etiam* impetum *timerem*.

2. Ἀναδιδομένης θερμασίας. Leg. ἀναδιδομένη θερμασία. Terminationes harum vocum per compendium erant ſcriptæ, unde largus ſæpe errorum proventus. Philoſtratus lib. III. de Vita Apollon. c. 39. Τὸν ἄνδρα ἐκέλευσεν, ἐπειδὴ τίκτῃ ἡ γυνὴ, λαγὼν ὑπὸ κόλπου ζῶντα εἰσφέρεσθαι οὗ τίκτει· καὶ περιελθόντα αὐτὴν ἀφεῖναι ὁμοῦ τῷ λαγῷ· συνεκδοθῆναι γὰρ αὐτῷ ἂν τῷ ἐμβρύῳ τὴν μήτραν κ. τ. λ. Perverſus in his ineſt ſenſus, lego. καὶ περιελθόντα αὐτὴν, ἀφεῖναι ὁμοῦ τὸν λαγών· συνεκδοθῆναι γὰρ αὐτῷ ἂν (forte ἅμα) τῷ ε. τ. μ.

σμὸς, ναυτίαι, ἔμετος, καταφορὰ πρὸς ὕπνον, βήχιον μικρὸν, ὑπότραχυ, 1 ἄκρων κατάψυξις· καὶ ταῦτα μὲν τὰ ἔξωθεν γνωρίσματα. 2 Ἀπὸ δὲ τῆς τῶν σφυγμῶν κινήσεως διαγινώσκεται ἡ εἰσβολὴ τοῦ πυρετοῦ ἔκ τε τῆς σμικρότητος καὶ τῆς ἀνωμαλίας καὶ τοῦ διαλείπειν· καὶ ἐν μὲν τῇ ἀρχῇ τῆς εἰσβολῆς τοῦ παροξυσμοῦ κατεπείγει μᾶλλον ἡ συστολὴ τοῦ σφυγμοῦ μετά τινος ἀνωμαλίας καὶ σμικρότητος ἐν

1. Ἄκρων κατάψυξις. Vertas verbis Theodori Prisciani lib. II. c. I. *articulos possidet frigus*. Per τὰ ἄκρα intelligunt Medici manus & pedes, aliquando etiam caput. Aretæus Cappadox lib. I. de Curat. Morb. Acut. c. I. p. 76. ἄκρεα ψυχρὰ, κεφαλὴ, πόδες τε καὶ χεῖρες. Alciphron lib. II. Ep. 2. p. 220. ἄρτι ἀπέψυγμαι καὶ ἱδρῶ καὶ τὰ ἄκρα καὶ ἡ καρδία μου ἀνέστραπται. Doct. Berglerus non intellexit, quid τὰ ἄκρα hic essent, & Celeb. Trillero itidem hæc verba suspecta fuerunt, qui proinde lib. III. Observ. Crit. c. 18. p. 230. emendat καὶ δακρύω, eleganter autem vulgatam lectionem defendit Illustr. Bouherius Tom. V. Miscell. Observ. Nov. p. 435. sed dubito an verbum ἀνέστραπται æque recte ad τὰ

ad somnum propensio, tussicula parum subaspera, refrigeratio extremorum. Et hæc sunt exteriora signa. Motu vero pulsuum dignoscitur accessio febris ratione duntaxat parvitatis, inæqualitatis atque intermissionis. Nec non in principio quidem insultus accessionis, contrahitur magis systole pulsus cum quadam

τὰ ἄκρα referri queat. Suspicabar aliquando, cujus suspicionis me necdum pœnitet, deesse post τὰ ἄκρα verbum ῥιγοῖ, aut simile, qua de re judicent eruditi.

2. Ἀπὸ δὲ τῆς. Antiquiores parvi fecisse videntur, τὸν ἀκριβῆ γνώμονα τῶν Ἀσκληπιαδῶν, καὶ μάντιν ἀψευδῆ τῶν ἐμφυομένων ἡμῖν παθέσεων, ut eleganter pulsum vocat Aristænetus lib. I. ep. 13. sic enim Celsus lib. III. c. 6. *Venis enim maxime credimus, fallacissimæ rei; quia sæpe istæ lentiores celerioresve sunt, & ætate & sexu, & corporum natura.* Herophilus autem doctrinam de pulsibus maxime excoluit, & in pedes musicos redegit, ut præter Plinium testatur Censorinus de Die natali cap. 12. *Herophilus autem artis ejusdem professor, venarum pulsus rhythmis musicis ait moveri.* de qua re vide quid sentiat Doct. Clericus Hist. Medic. Part. II. Lib. I. c. 6. p. 34.

ἐν δὲ τῇ ἀναβάσει μοχθηροί πως γίνονται, ἐπαυξανομένης τῆς διαστολῆς μέχρι τελείας ἀκμῆς· ἐπιτεινομένης δὲ τῆς θερμασίας, πρῶτον τὸ μέγεθος αὔξεται, εἶτα προσλαμβάνεται δὲ καὶ τὸ τάχος. Ὅταν γὰρ ἱκανῶς ἐκπυρωθῇ ὁ πυρετὸς, μεγάλους ἅμα τε καὶ ταχεῖς ἐργάζεται τοὺς σφυγμούς· εἰ δὲ πλέον, τοὺς πυκνούς.

Πῶς γίνονται ἱδρῶτες ἐπὶ τῶν πυρετῶν.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ἕπονται δὲ τοῖς πυρετοῖς ἱδρῶτες τρόπῳ τοιούτῳ· ὁκόταν οἱ ἀτμοὶ ἤγουν ὁ ἀὴρ κρατηθῇ ἔνδον τοῦ σώματος, καὶ διάπυρος γενόμενος ὑπὸ τῆς θερμότητος διαχέει τὰ περιεχόμενα ὑγρὰ ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, καὶ προσπίπτων πρὸς τοὺς πόρους τοῦ σώματος ἐξωθεῖ τὰ περιεχόμενα περιττώματα καὶ ποιεῖ τοὺς ἱδρῶ-

dam inæqualitate & parvitate. In aſcenſu vero pravi quodammodo fiunt, augeſcente diaſtole ad usque perfectum vigorem. Extenſo autem calore primum magnitudo augetur, deinde adjungitur celeritas. Quum etenim vehementer febris efferbuerit, magnos ſimul ac celeres pulſus producit: ſi vero vehementius, denſos.

Quomodo in Febribus ſudores fiunt.

CAP. XI.

Fiunt autem ſudores febrium comites hoc pacto: quum vapor vel aër in corpore dominatur, & igneus factus, ratione caloris diffundit contentos in univerſo corpore humores, & accedens ad poros corporis expellit contenta excrementa & ſudores excitat,

ἱδρῶτας· [1] οὕτω γὰρ οἱ ἀτμοὶ συνιστάμενοι ὑπὸ τὸ ὕδωρ ἀναλύονται, ὡς ἐπὶ τῶν ἑψομένων ὑδάτων ἔστιν ἰδεῖν.

Ποίῳ τρόπῳ γίνονται αἱ χάσμαι πρὸ τῶν πυρετῶν.

ΚΕΦ. ΙΒ΄.

Χασμῶνται δὲ πρὸ τῶν πυρετῶν οἱ νοσοῦντες καὶ διατονοῦνται, τῶν ἀτμῶν ἤγουν πνευμάτων ἀθρόως ἐκ τῶν ἔνδοθεν κινουμένων, καὶ ἐπὶ τοὺς σιαγονίτας [2] μῦς ἀναφερομένων, καὶ βίᾳ διατεινόντων αὐτούς· ὥσπερ γὰρ ἐκ τῶν λεβήτων ἀτμὸς ἀνέρχεται πολὺς [3] ἑψομένου τοῦ ἐν αὐτοῖς ὕδατος· οὕτω καὶ ἐκ

1. Οὕτω γὰρ οἱ ἀτμοί. Vertit Charterius. *ita enim vapores ſic compacti in aquam reſolvuntur.* minus bene, mihi quidem ut viſum eſt. Verto; *hac enim ratione vapores* collecti *ſub aquis reſolvuntur.* Senſus verborum Palladii hic eſt: Quemadmodum vapores ſub aquis collecti, accedente vi ignis reſolvuntur; ſic vapores ſeu aër in humoribus cor-

tat, ita enim vapores sic compacti in aquam resolvuntur; ut in ferventibus aquis cernere est.

Quomodo fiunt oscitationes ante febres.

CAP. XII.

Oscitant autem ante febres ægri & distenduntur, ob halitus nimirum spiritus, qui affatim ex interioribus concitati, ad musculos maxillares attolluntur, ac vi ipsos extendunt; quemadmodum enim ex lebetibus vapor multus sursum elevatur bulliente, quæ

corporis nostri contenti accedente calore expelluntur & in sudores facessunt.

2. Μῦς. Vir Doctus in exemplari Bibliothecæ Leidensis correxerat μύας & sic statim noster, καὶ συστρέφων τοὺς μύας τοῦ σώματος, neque tamen vulgata lectio hac est deterior.

3. Ἐφεψομένου. Ex Athenæi lib. XII. hujus verbi exemplum adduxit H. Stephanus in Thes. T. I. p. 1379.

ἐκ τῶν ἔνδοθεν τοῦ σώματος ἀνέρχεται ἀτμὸς διατείνων καὶ διϊστῶν καὶ συστρέφων τοὺς μύας [1] τοῦ σώματος· εἰώθασι γὰρ τὰ νεῦρα χλιαινόμενα καὶ θερμαινόμενα διΐστασθαι· [2] καὶ οὕτω μὲν ἡ χάσμη ἀποτελεῖται.

Πῶς γίνονται πόνοι τῆς κεφαλῆς.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Γίνονται δὲ καὶ οἱ πόνοι τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τῶν πυρεττόντων, ὅταν αἱ φλέβες πλησθεῖσαι καὶ ταθεῖσαι ὑπὸ τῶν πνευμάτων τοὺς πόνους ἐπιφέρουσι τῇ κεφαλῇ [3] τῇ βίᾳ καὶ τάσει τῶν [4] ἀνα-

πνεο-

1. Τοῦ σώματος Cum de oscitatione loquatur Palladius, videtur hic legendum τοῦ στόματος quamvis etiam τὸ σώματος servari queat.

2. Καὶ οὕτω μὲν Galenus Comment. in secundum Epidem Hippocr. p. 148. ed. Sozomeni. Ἀτμώδους πνὸς καὶ παχέος πνεύματος ἐν τῷ μυώδει γένει κατειλημμένου, χασμῶνται οἱ ἄνθρωποι καὶ σκορδινῶνται, καὶ διὰ τοῦτο συνεχῶς ἐκπνέουσι· καθαίρεται γὰρ ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς καὶ κενοῦται τὸ τοιοῦτον πνεῦμα.

3. Τῇ βίᾳ καὶ τάσει.

Id

quæ in ipſis eſt, aqua; ſic ab intimo corpore ſurſum vapor elevatur, qui muſculos corporis diſtendit, laxat, & contrahit: conſueverunt enim nervi cum madeſcunt & calefiunt, laxari: ita & oſcitatio perficitur.

Quando fiunt dolores capitis.

CAP. XIII.

Accidunt dolores capitis febricitantibus, quum venæ repletæ & a ſpiritibus diſtentæ, dolores capiti inferunt, violentia & tenſione ſpirituum, qui

Id eſt τῇ βιαίᾳ τάσει, *violenta tenſione*. Hendiadyoïn hanc figuram vocant, de qua vid. exempla apud Celeb. Jo. Alberti Obſerv. Philol. in Matthæum cap. III. Com. II. p. 15. Palæphatus de Incred. Hiſt. c. VI. p. 17. ἔπειτα ἐξεφύησαν ἄνδρες τε καὶ ὅπλα id eſt ut ex gloſſemate legitur in Cod. Arund. ἄνδρες ὁπλῖται.

4. Ἀναπνεομένων. Recte Charterius, *qui ſurſum exhalant*. Longinus de ſublimi Sect. XIII. p. 98. ἔνθα ῥῆγμα ἐστι γῆς ἀναπνέον, ὥς φασιν, ἀτμὸν ἔνθεον.

πνεομένων καὶ συνεχομένων ἔνδον πνευμάτων.

Περὶ ἐφημέρων πυρετῶν τε καὶ τῆς αὐτῶν διαγνώσεως.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Εἰρηκότες οὖν τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη τῶν πυρετῶν, εἴπωμεν καὶ περὶ τῶν ἐφημέρων, συνόχων, καύσων, ἑκτικῶν καὶ μαρασμῶν.

Καὶ λέγομεν ὅτι μὲν ἐφήμεροι πυρετοὶ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ μόνου ὑπάρχουσι παθήματα ἐπὶ προκαταρκτικῇ τινι αἰτίᾳ γινόμενοι, οἷον κόπῳ, μέθῃ, φροντίδι, καὶ ἀγρυπνίᾳ καὶ ἀπὸ προσκόμματος [1] τοῦ βουβῶνος.

Δια-

1. Τοῦ βουβῶνος. Celsus lib. III. c. 5. *Igitur si semel tantum accessit, deinde desiit, eaque vel ex inguine, vel ex lassitudine, vel ex aestu, aliave simili re fuit,* &c. *Ex inguine*, quae verba quidam docti male sollicitant, ut recte me monuit Erud. Trillerus, est ἀπὸ τοῦ βουβῶνος. similiter locutus Lucilius, cujus ver-

qui ſurſum exhalant ac intus continentur.

De Diariis febribus ac earum dignotione.

CAP. XIV.

Exploratis igitur febrium generibus & ſpeciebus, dicamus de diariis, continentibus, ardentibus, hecticis & marcoribus.

Dicimus autem diarias febres ſolius ſpiritus eſſe affectus, ab externa quadam cauſa concitatas; puta laſſitudine, ebrietate, cura, & vigilia, atque a bubonis læſione.

Digno-

verſum adducit Fœſius in Oecon. Gloſſæ Jatr. MSS. βουβῶνες, πανοῦκλαι. tumores peſtilentiales intelligit, πανοῦκλα enim eſt peſtis, λοιμός. vid. Meurſii Gloſſ.

Ceterum febres has minime metuendas eſſe docet Hippocrates lib. 2. Popular. οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ, κακὸν, πλὴν τῶν ἐφημέρων.

Διαγινώσκονται δὲ οὗτοι πρῶτον μὲν [1] ἀπὸ σφυγμῶν· δεύτερον δὲ ἀπὸ τῶν οὔρων. καὶ ἀπὸ μὲν τῶν σφυγμῶν, ὅτι ἐπ' αὐτῶν ἀτμωδέστερα φαίνεται καὶ ἔνυδρος ἡ ἁφὴ τοῦ [2] σώματος ἀρτηρίας, καὶ οἱ σφυγμοὶ εἰς τάχος [3] ἐπιδίδονται, τὴν κατὰ φύσιν σώζοντες ὁμαλότητά τε καὶ τάξιν.

Ἀπὸ δὲ τῶν οὔρων, τὰ μὲν ἐναιωρήματα, τὰ δὲ ὑπόστασιν ἔχοντα· εὔχροα δὲ πάντα, καὶ πάντων αὐτῶν ἄπεστι τὰ κακοήθη συμπτώματα.

[4] Ἴδιον δὲ τῶν ἐφημέρων πυρετῶν

καὶ

1. Ἀπὸ σφυγμῶν. Leg. ἀπὸ τῶν σφυγμῶν.

2. Σώματος ἀρτηρίας. Leg. σώματος τῆς ἀρτηρίας. sic cap. XV. ὑποπίπτει τῷ σώματι τῆς ἀρτηρίας. cap. III. δι' ἁφῆς τοῦ τῆς ἀρτηρίας σώματος. Sic parum curiosi librarii, quæ uno in loco recte scripserunt, in altero corrumpunt.

Orpheus Argon. vs. 620.

